



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 51. Præscriptum pertinens ad Inquisitionem sacram.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

VIII.  
co Pa-  
modo  
Hier-  
ernan-  
it sua  
erofo-  
estina  
a Pro-  
gatio-  
eniam  
Aug  
li an-  
aqua-  
m.  
tifica-  
com-  
, qua  
essent,  
atum  
iectos,  
olutos  
s ut-  
eu ne-  
uent  
minat,  
tatuit,  
uncou-  
n, ad  
æfusilis  
o Sa-  
cræ

cræ Sedis permisſu. In casu, quo urbes sæcul. XIII.  
aut alia, quæ incolerent, loca divinis in- A.C. 1288.  
terdicta essent, permisit, ut inter se con- p. 178. n. 15.  
fessi absolverentur, divinum recitarent of-  
ficium, & sacrificarent occlusis foribus  
sine pulsu æris campani, nec quopiam  
admisso præter Religiosos Ordinis, statis  
diebus communionem sacram, & in ne-  
cessitate extremam unctionem accipe-  
rent. Peculiaria quibusdam Ordinis p. 174. n. 67.  
coenobiis velut Assisiano, privilegia dedit,  
vetuitque, nequi alii Religiosi novam se-  
dem Assisi, aut prope urbem intra du-  
centas perticas collocarent, ut ne minue-  
rent stipem, de qua fratres ac sorores Or-  
dinis S. Francisci viverent.

§. LI.

*Præscriptum pertinens ad Inquisi-  
tionem sacram.*

Papa Nicolaus Fratres Minores multis  
in provinciis adhibuit ad exercen-  
dam Inquisitionem sacram, speciatim in  
comitatu Vindascimo spectante ad Ro-  
manam Ecclesiam, ut hæc Gregorii IX,  
immo jam Urbani II tempore prohibebat.  
Hoc in comitatu hæreticos esse, qui *Vales. not.*  
alios quoque pervertere conarentur, e- *Gall. p. 610.*  
doctus Papa Fratrum Minorum per Pro- *Spicil. to. 3.*  
vinciam seu Saluviorum terram Ministro *p. 177.*  
Provinciali præcepit, ut inde seligeret *Vading.*  
*1288. n. 15.*  
Reli-

Sæcul. XIII. Religiosum quendam obeundo Inquisito-  
A.C. 1288. ris muneri parem. In illa regione, id

est, in provinciis Arelateni, Aquensi, ac  
Einbroudunensi dabantur plures alii ejus-  
dem Ordinis Fratres Inquisitores, quibus  
se consulentibus respondens Papa has  
dedit præscriptiones: Hæreticis ad fa-  
nam adductis fidem, ne recidant, inter-  
dicetis sub poena pecuniaria, cujus spon-  
sores exigetis. Si misere relapsi fuerint,  
hos & illos per censuras ecclesiasticas  
cogetis solvere: & hæc pecunia apud  
tres homines fidos, quos Episcopus loci  
& vos delegeritis, deponetur in pro-  
randam Inquisitionem insumenda. Sic  
hæc mandata ad res temporales conver-  
tebantur.

n. 19. Si Prætores, Judices, vel Magistratus  
urbium desides erunt aut difficiles ad ex-  
quendas sententias vestras, per ana-

n. 20. thema eos ad hoc adigitis. Innocen-  
tii IV sanctiones de destruendis hæreti-  
corum domibus comprehendunt etiam  
turres: & materia ad alias usus est con-  
servanda. Nempe divites in suis ædibus se

n. 21. tuendi gratia turres erigeant: ut etiam-  
num Tolosæ cernimus. Si opus fuerit,  
poteritis postulare suppetias a Prætoribus  
vel Judicibus proscriptis sine metu in-  
currendi in anathema: & hi proscripti  
hoc in casu jurisdictionem suam fidei  
causa exercere poterunt. Dabat 23 De-

cembbris

cembbris an. 1288. Eodem tempore Pa- <sup>Sæcul.XIII.</sup>  
pa Nicolaus harum trium provinciarum <sup>A.C. 1288.</sup>  
Arelatensis, Aquensis, ac Embrodunen-  
sis Optimates, horum Administros, &  
Magistratus coetuum per litteras jussit in  
sanctionum libros referre leges Impera-  
toris Friderici II contra haereticos, qua- <sup>Sup.lib.83.</sup>  
rum exempla seu apographa eis misit; § 40.65.  
atque, si non parerent, ab Inquisitoribus,  
eos per censuras ecclesiasticas ad obe-  
dientiam compelli voluit.

*Rayn.n.27.*

## §. LII.

*Concilium Arelatense.*

Eodem anno 1288 Rostagnus II Archi- <sup>to. II.</sup>  
episcopus Arelatensis suum concilium <sup>p. 1335.</sup>  
provinciale habuit in oppido, quod Insu- <sup>Gall. Chr.</sup>  
la ex situ dicitur, ad comitatum Vinda- <sup>to. I. p.60.</sup>  
scium, ac dicecsem Cabellionensem  
spectans. Is est Beatus Rostagnus Ca-  
prius ex sua modestia & charitate in  
pauperes illustris, qui ab anno priore il-  
lam tenebat sedem. Huic concilio ade- <sup>Chasteb.</sup>  
rant Giraldus Vasionis, N.N. Arausisionis, <sup>Martyr.23.</sup>  
Rindus Carpentoracti, & Bertrandus Ca- <sup>Guill.</sup>  
bellionis Episcopi quatuor cum Procura-  
toribus Telonensi, Tricastrino, Massiliensi,  
& Avenionensi. Promulgabantur de-  
nuo decreta alias facta, quorum memo-  
ria evanescebat. Nam multi fuerant an-  
ni, quibus concilium eadem in provincia  
cele-